

LIQUEScant omnia simul, et bene moveantur, donec ceratum penitus refrixerit.

## CERATUM CITRINUM.

R̄. Unguenti basilici flavi p. libram dimidiam,  
Cerae flavæ p. unciam unam.

SIMUL liquentur.

## CERATUM EPULOTICUM.

R̄. Olei olivarum m. libram unam,  
Cerae flavæ,

Lapidis calaminaris præparati, singulorum p.  
libram dimidiam.

LIQUEFIAT cera cum oleo, et, simul ac mixtura lentescere incipit, insperge lapidem calaminarem, et bene move, donec ceratum penitus refrixerit.

## CERATUM MERCURIALE.

R̄. Cerae flavæ,  
Axungia porcinae curatæ, singulorum p. libram dimidiam,

Argenti vivi p. uncias tres,

Balsami sulphuris simplicis p. drachmam unam.

CERAM cum axungia liquefac, tum gradatim adde argento vivo cum balsamo sulphuris trito.

## EPITHEMATA.

## EPITHEMA VESICATORIUM.

R̄. Cantharidum in pulverem tenuissimum redactarum,

Farinae tritici, pondera æqualia.

ACE-

ACETO fiat pasta.

EPITHEMA VOLATILE.

R. Terebinthinæ communis,  
Spiritus falis ammoniaci, singulorum pon-  
dera æqualia.

Terebinthina agitetur in mortario, fen-  
sim instillato spiritu; donec in crassamentum al-  
bum coëant.

CATAPLASMA e CYMINO.

R. Seminum cymini ꝑ. libram dimidiam,  
Baccarum lauri,  
Foliorum scordii ficcatorum,  
Radice serpentariæ Virginianæ, singulorum ꝑ.  
uncias tres,  
Caryophyllorum aromaticorum ꝑ. unciam  
unam.

Mellis triplo pondere specierum contrita-  
rum fiat cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS.

R. Caricarum ꝑ. uncias quatuor,  
Unguenti basilici flavi ꝑ. unciam unam,  
Galbani colati ꝑ. unciam dimidiam.

Caricas instillato subinde vino vel cerevisia  
forti, bene contunde; dein unguentum cum gal-  
bano prius liquefactum diligenter immisce.

COAGULUM ALUMINOSUM.

R. Albuminis ovi quantum libuerit.  
AGITETUR cum frusto aluminis satis magno  
in patina stannea, donec coagulatum fuerit.

F I N I S.

H 4

IN-